quibusvis juris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Et incontinenter coram eodem officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus personaliter comparens Nobilis Marusia Zielecka ex Nobili Alis Zielecki cum Nobili Olechna Lozanska procreata Filia Consors vero praefati Recognoscentis Nobilis Fedor Winnicki una cum eiusdem Mariti sui et Nobilium Stanislai Zielecki Avi et Petri Lozanski Avunculi Amicorum suorum proximiorum personali assistentia et voluntate ad infrascriptam recognitionem faciendam consentientium sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad Acta praesentia attinet se cum succesoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa de juribus omnis Reformationis Advitalitatis ac alio quovis titulo a Marito suo habito super Inscriptionem praefatam Donationis per praefatum Maritum suum factam ultro et benevole consensit praesentesque praesentes confirmando praemisso factam [illegible] approbat confirmat ratificat eandemque Inscriptionem Donationis de eisdem Juribus suis approbat confirmat et ratificat praesenti personali recognitione et consensu ad praemissa mediante.

Winnicki Consorti Reformat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisl. Nobilis Alis Winnicki Nobilis ex Stas Winnicki Filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad Acta praesentia attinet se cum succesoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Fenno Nobilis Demetri Winnicki cum Nobili Maruchna Kulczycka procreatus Filius Consorti suae legitimae eiusque heredibus summam Quinquaginta Florenorum pecuniae polonicae Nomine Dotis et expeditionis post ipsam acceptam dotem suam importatam Nec non aliam similem summam Quinquaginta Florenorum pecuniae polonicalis Nomine certi veri justi et liquidi dotalicii in et super Tota et integra Medietate bonorum suorum generaliter omnium hereditariorum obligatoriorum Mobilium et Immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Nec non auri argenti pecorum pecudum Equorum ac totius suppellectilis domus nunc habitis et in post habendis dedit dotavit dotalicavit inscripsit et reformavit prout per praesentes dat dotat dotalicat inscribit et reformat. Per ipsam Conjugem suam et eius succesores Medietatem Bonorum praefatorum Juri praesenti Reformationis subiectorum cum suis utilitatibus et emolumentis Nullis penitus exceptis, tenendi habendi, possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usque suos suorumque succesorum quorumvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi rigore ac more aliarum Reformationum tractatuum et dictis in Regno observari solitarum praesenti sua personali recognitione ad praemissa mediante.

Idem Alteri cavet

Idem Alteri Cavet

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Nobilis Alis Winnicki Nobilis ex Stas Winnicki Filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisl. quoad Acta praesentia attinet se cum succesoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Demetrio Winnicki eiusque [illegible] se ac suos succesores necnon bona sua generaliter omnia summamque pecuniariam quamvis habita et habenda inscribit et obligat praesentes Nobilem Fennam Winnicka Filiam praefati Demetrii suique vero Recognoscentis Consortem Legitimam cum assistentia sui vel in eventu Mortis succesores ipsius ad faciendam per ipsos abrenuntiationem sufficientem in Manus Parentis eius Bonis Paternis et Maternis ipsam jure naturali succedentibus post Parentes eius concernentibus ad Acta quaevis autentica Regni ante decursum unius anni adducere et personaliter statuere ab eaque praemisse exequator efficiendo sub Vadio Quinquaginta Florenorum pecuniae polonicae per eundem Recognoscentem Alis Winnicki suosque eius succesores praefato Nobili Demetrio Winnicki eiusque Posteris ob non statuitionem praedictae Consortis suae et succesorum eius ad recognoscenda praemissa intra tempus superius descriptum ad solvendum succumbens. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbito acque re ipsa punito non completa complendaque praefatorum Memoratus Recognoscens Nobilis Alis Winnicki suique eius succesores ad instantiam praenominati Nobilis Demetrii Winnicki suae eius Posterorum. Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense omni necessitate seposita quo ad respondendum spectat mediante semper una primo citationis Termino tanquam peremptorio statim Juri parere respondere vadium praedictum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne praedicatum praefatum debite tenebitur seque ac suos succesores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes Tandem eiusdem Terminos semper peremptorios Tera infirmitate per maiori minoreveritate succesorum legationibus intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimina ad Exercitus vel aliis quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praedictos Terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praesentis Terrestri bello convocationesque et aliis quibusvis Juris remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dobrowski